

4<sup>o</sup>

Philos.

451<sup>a</sup>

**W**

W

416 297 976 600 11



4 Philos. 451a



Philos 451<sup>a</sup>-4<sup>o</sup>

Philos.

**D**Arvorumlogicalium opuscu-  
lum de suppositione scilicet.  
Ampliatione. Restrictione. et Appellatione. Insuper de Expositi-  
one. et Consequentijs.

**Magister Gregorius Latice<sup>s</sup>**  
phalus de Konitz.

Difficiles quidam nodos : vt Gordius olim :  
Nectunt : quis alios fallere sepe solent.  
Hij sapiant logices ni fundamenta diserte :  
Que prestat cunctis artibus ecce viam.  
De foret arboribus si Phebus : nulla vireret.  
Si logicen tollas : ars quoq; nulla valet.  
Hec tua sit nutritrix : fidumq; fouebit alumnus :  
Et tibi discenti dulcia mella dabit.  
Tunc subito magna gaudebis ( crede ) palestra :  
Plante nam parue roboia magna creant.



*M. A. M. K.*

19



¶ Pro exordio paruoillogicali. Nota primo. q̄ licet Aristoteles non tradiderit tractatus paruoillogicaliꝝ in p̄p̄ia forma/ posuit tamen p̄ncipia ex quibus habent illi tractatus. ¶ Unde tractatus supponū trahitur ex primo perih̄er. vbi dicit. Rerū que dam sunt vniuersales. quedā p̄ticulares. vbi inuit duplicē supponem. sc̄z eōem et discretam. Deinde subdit res vniuersales. quedā vniuersaliter rem s̄sam enunciant et inuit suppositionē cōfusam. Alię vero sunt res que non vniuersaliter rem suaz enunciat. et inuit aliā suppositionē. ¶ Tractatus appellationū trahit ex tertia p̄p̄ietate substantię. vbi dicit. q̄ sc̄da substantia videt significare hoc aliquid sub appellationis figura. i. similitudine acceptiōis p̄ re ex istente. ¶ Sed q̄ ampliatio et restrictio opponūtur illi tractat⁹ trahunt ex primo elencōū ex tertio mō amphibologie. vbi arguit Quicūq; sanabat sanus est. laborans sanabat. ergo laborans sanus est. ¶ S; tractat⁹ distributionū trahit ex primo perih̄er. vbi dicit q̄ ois nihil nisi vniuersaliter significat. Similiter tractatus sintathegorematis trahit ex primo et sc̄do perih̄er. vbi dicit q̄ ois non significat vniuersale sed vniuersaliter.

¶ Nota secundo. q̄ terminus supponens est subiectū huius opusculi. Cuius ratio est q̄ illud est subiectū cui conuenit diffinitio subiecti. Sed termino supponenti conuenit diffinitio subiecti. Maior nota. sed minor patet inductive. Idē est subiectū cui demonstratur inesse p̄ncipalis passio. S; suppositio que est p̄ncipalis passio demonstrat inesse termino supponenti p̄ diffinitionē vt sic ois vox significans substantię supponit. Sed ois termin⁹ supponens est vox significans substantię. ergo omnis termin⁹ supponens supponit.





## **X cōmuniōib⁹ ad specialiora**

via doctrine pficisci oportet. Et quia terminus cōmu-  
nior est suppone. et in genere suppositio suis speciebus

Ideo ab his tanqz magis cōmibus initium sumendum est.

## **Termin⁹ est vox significās rem**

vlem vel pticularē. ut hō significat rem vlem. Socra-  
tes vero rem pticularē. Et isto mō dicunt termini nomē et verbū  
in logica. Et ea que sunt elementa ppōnis ut subiectū et predicā-  
tū. Et iterū elemēta ptes seu termini sillogismi. ut mediū et extre-  
mitates ut substātia. aīal. hō. qñ ex eis formā sillogismus. ¶ Ter-  
minorū alius supponit. ut nomen substantiū hō. Alius copulat  
ut nomen adiectiū albus. ¶ Significatio autē est rei per vocem  
scdm placitū representatio. Et est duplex. Alia p nomen substans  
tiū. ut per hoc nome homo. Alia per nomen adiectiū. vel verbū  
adiectiū ut p hoc nomen albus vel verbum currit.

## **Suppositio est acceptio termi-**

ni substantivi p aliquo. Et est pprietas cōueniens termino in et  
extra ppōem. Suppō em de necessitate non requirit verificatiōē  
sed aliquid p terminū substantiū significari. Et sic supponere  
nihil aliū est qz substātiue significare. Et copulare adiectie ficare

## **Copulatio est acceptio termini**

adiectivi p aliquo inquantū termin⁹ adiectiv⁹ adia-  
cet concretive rei substantie. ut hō albus. ibi albus copulat se suo  
substantivo quod est homo. Ex his patet quod nomia substan-  
tiua supponunt. sed adiectiva inquantū talia copulant. Tanta ta-  
men substantive / vel quando substantivant supponere possunt



## Opusculum

Exemplū pūmi. albū est quale. **Er̄m** sc̄di. albū currit. In verisq̄  
a lbū supponit. Præterea cōplexū ex adiectiuo et substantiuo. positū  
tam a pte subiecti q̄z p̄dicati supponit. Exemplū pūmi hō albus  
currit. **Er̄plū** sc̄di. Socrates est hō albus. Itē adiectiuū quando  
diffinit supponit. verisibile est hō aptus natus ad ridendū. vel al  
bū est disgregatiuū visus. Similiter adiectiuū p̄fessōis supponit  
positū a pte subiecti. vt iust⁹ facit opa iusta. Qualiter autē suppo  
nant in regulis infra dicendis patebit.

### Propositio diuidit̄ prima sui

diuisione in cōem et discretā. ¶ **Suppō** discreta Est  
que fit p̄ terminū discretū siue singularē. vel p̄ terminū cōem sum  
ptū cū pronōie demonstratiuo primitiue sp̄i. **Er̄m** pūmi. Socra  
tes currit. **Er̄m** sc̄di. Ille hō currit. Vel sic. **Suppō** discreta est ac  
ceptio termini discreti siue singularis p̄ aliquo. ¶ **Sub** termino  
autē supponente discrete non descendit̄ q̄ non habet inferius se.  
¶ **Et** de ea dant̄ aliquot regule. **Pr̄a.** Subiectū p̄positiōis sin  
gularis semp̄ suppōit discrete. vt Socrates currit. ibi Socrates  
supponit discrete. ¶ **Sc̄da.** Nōmē p̄pūū ex forma sue impōnis  
supponit discrete. vt Joānes est hō. ibi ioānes supponit discrete  
¶ **Tertia.** Termin⁹ discretus/discrete tenet̄ vbiq̄q̄ ponit̄ siue a p  
te subiecti siue p̄dicati. etiā pōt̄ sint̄ athegoremata seu negationes.  
sp̄ supponit discrete. **Er̄m** vbi a pte p̄dicati. Asinus nō est socra  
tes. ibi socrates supponit discrete. Termin⁹ enī singularis de vno  
solo p̄dicat̄. et non est capax distributionis. quia nō significat na  
tūram cōicabilem pluribus.



## Paruorum logicalium

**Suppositio cōmūis est que fit**

per terminum cōmunem substantiuum. vt homo. Et est duplex. Alia est Naturalis alia est Accidental.

**Suppositio Naturalis est acce**

ptio termini cōmunis substantiuū p omnibus illis a quib<sup>9</sup> apta nata est sua natura picipari. vt hō per se. i. solitarie sumpt<sup>9</sup> de sua natura suppoit pro oibus hoib<sup>9</sup> qui sunt/fuerunt et erunt. Et cōuenit hec suppo termino cōmuni extra propōnem posito pro suo significato naturali. Et de ea habetur hec regula. Omnis terminus cōmunis substātiuus extra ppōnē positus/supponit naturatr. vt qñ solitarie exprimit hō tñc suppoit naturatr.

**Suppositio Accidental**

ceptio termini cōmunis pro oīb<sup>9</sup> his pro quibus exprigit suū adiunctū. vt hō est. ibi homo supponit p presentibus Si militer dicendo homo est albus/vel homo currit. Et datur de ea talis regula. Terminus cōmunis supponens in ppōne supponit accidentali suppoē. i. accidentaliter. Et hoc manifestius fiet in suis speciebus. Et est duplex. alia est simplex. alia personalis.

**Suppositio simplex est acceptio**

termini cōis pro re vniuersali significata per ipsuz vt homo est species. ibi hō supponit simpliciter. Et habet hec suppositio multos gradus. Interdum terminus cōmunis supponit simpliciter pro natnra vlt per remotionē oim suppositouū. vt homo in hac ppōne homo est spēs. Interdum per inclinationē ad supposita. vt homo est animal rationale. ibi homo supponit sim-



## Opusculum

placiter cū inclinatioe ad supposita. ¶ Sub termino autē suppone  
te simpliciter non descendit formalr. q̄ stat p̄ natura vlt et non p̄  
suppositis pio. Exēpla patuerūt. Et danē regule eā notificātes  
¶ p̄ua. Om̄e subiectū cōmūe ante qd̄ non ponit̄ sint̄ a te gorem̄a  
distributiū respectu sc̄de intentiōis logicalis posite. a pte p̄dicati  
supponit̄ simpliciter. vt homo est sp̄s. aial est genus. In his pio  
positionibus subiecta supponunt simpliciter. vt aial et homo.

¶ Secunda. In omni propositione essentiali affirmatiua vbi spe  
ciale signū non supuenit vim suam exercendo p̄dicatum cōmune  
suppōit̄ simpliciter. vt Omnis homo est aial. vel homo est aial.  
In vtrisque p̄positionibus animal supponit̄ simpliciter.

¶ Tertia. Terminus cōmunis supponens sequens mediate sig  
num vniuersale affirmatiū supponit̄ simpliciter. vt Cuiuslibet  
hominis asinus est animal. ibi asinus supponit̄ simpliciter. Ex  
quo sequitur ista generalis regula. Q̄ p̄dicatiū essentialē vniuer  
salis affirmatiue deducto impedimento supponit̄ simpliciter. vt  
in hac propositione Omnis homo est animal.

¶ Quarta. Subiectū propositionis exclusiue affirmatiue in qua  
signum exclusiuum tenetur gratia alletatis/ supponit̄ simpliciter  
vt Tantum homo est risibilis. ibi homo supponit̄ simpliciter. Ri  
sibile autem non supponit̄ sed copulat. quia est adiectiuum.

¶ Quinta. P̄dicatum commune supponēs/ in p̄positione exclu  
siua in qua signum exclusiuū tenetur gratia pluralitatis suppo  
nit̄ simpliciter/ et terminus nūer̄ alis determinate. vt Tantū quinq̄  
sunt vlt̄a. ibi vniuersalia supponit̄ simpliciter/ et quinq̄ determina  
te. ¶ Sexta. Termin⁹ cōis a parte subiecti positus post signum



## Paruorum logicalium

oēs collectie tentū supponit simplr. vt oēs apli dei sunt duodecim. ibi apli dei supponit simpliciter. Similiter est ibi Dia vltia sunt qnqz.

¶ Septima. Terminus cōmunis sequens in aliqua propositione signū exceptiuum/supponit simpliciter. vt Omne animal preter hominē est irrationale. ibi hominē supponit simpliciter. Probabiliter tamen quidā afferunt qd confuse distributine.

¶ Octaua. Terminus cōis rectus a verbo p̄heretico supponit simpliciter tam in actiua qz in passiuā. Exm̄ p̄mi Appeto vinū. exemplū sc̄di. Vinū appetit a me. in vtrisque vinū supponit simplr.

¶ Nona. Aduerbia numeralia multitudinē importantia et ista nomina duplex/triplex/quadruplex/ faciunt terminū supponens/ tem cōm se sequentē stare simpliciter. Exm̄ p̄mi. Bis bibi vinū. Exm̄ sc̄di. Triplex est materia. ibi materia supponit simpliciter.

¶ Decima. Terminus cōmunis supponens/ sequens copulatiuū de predicamento vbi et qñ/ supponit simpliciter. Exemplū p̄mi. Sic et Rome venditur vinū. Exm̄ sc̄di. Hodie et heri audiui missam in p̄ma vinum in secunda missam supponit simpliciter.

¶ Undecima. Diffinitū respectu sue diffinitionis supponit simpliciter. vt homo est animal rationale. ibi homo supponit simpliciter. Etiam adiectiuū inquantū habet diffinitionē supponit simpliciter. vt dicendo Risibile est homo aptus natus ad ridendum ibi risibile supponit simpliciter. Similiter hic. Album est disgregatiuum visus. album supponit simpliciter.

¶ Duodecima. Omne subiectū cōmune qd nō precedit sintategorema in p̄positione de p̄mo/ secūdo/ et quarto mō p̄sentatis/ supponit simpliciter. Exm̄ p̄mi. Homo est animal. Exm̄ sc̄di. Homo



## Opusculum

est risibilis. Exemplum tertij. Animal rationale est risibile.

¶ **Tredecima.** Omne subiectum commune quod non precedit signum distributum in propositione de materia naturali / et directa predicatōe supponit simpliciter. ut homo est substantia. et homo est risibilis in his propositionibus subiecta supponunt simpliciter.

¶ **Decimaquarta.** Terminus communis reduplicatur / sequens signum reduplicativum reduplicative tenetur in propositione vel / supponit simpliciter. ut homo inquantum homo est risibilis. vel homo inquantum animal rationale est risibilis. in his propositionibus iste terminus homo ut sequitur signum reduplicativum / et animal rationale supponunt simpliciter. Sunt autem signa reduplicativa Inquantum ea ratione / scilicet quod huiusmodi.

¶ **Decimaquinta** regula et generalis extendens se ad omnes precedentes et terminos supponentes simpliciter est ista. Terminus communis pro re universaliter acceptus / supponit simpliciter. ut homo est species homo est dignissima creaturarum. in utrisque homo supponit simpliciter pro tota natura humana / et non pro suppositis nature.

¶ **Est** preterea alia regula logicalis non inutilis / et talis. Secundum intentiones grammaticales faciunt terminum commune sine signo in propositione a parte subiecti positum stare materialiter. ut homo est nomen. amo est substantivum in propria homo supponit materialiter pro se. in seculo li amo supponit materialiter non pro se sed pro sibi sicut in alia propositione. ut ibi amo deum.

**An autem suppositio materialis logice vel grammaticae sit considerationis ad prius committat disputantibus. Est enim hoc verissimum quod suppositio materialis valet ad cognoscendum veritatem et falsitatem materialium propositionum. et ea ignorantes sepius in errore labunt. ideo expedit ut ipsa et eius modi cognoscant. Et sic eas**



# Paruonimologicalium

Describunt. faciētes tria determinabilia & duas determinatiōes. v. e.  
Suppō materialis est termin⁹ stās p se put est ps ppōnis. Vel  
p alio sibi sibi in voce vel in scripto. Vel p aliqua alia voce q̄ non  
est inferior ad ip̄am. eodē mō vel aliter supponēte cui nō imponit  
ad significandū. nec ip̄m pp̄ie naturaliter significat. Ex ista de-  
scriptiōe eliciunt quatuor modi supponis materialis. ¶ Prim⁹  
est qñ termin⁹ vocalis vel scriptus supponit p se. vt hō est nomē  
ibi hō p se supponit materialiter. ¶ Secund⁹. qñ termin⁹ vocalis  
vel script⁹ stat p sibi sibi in voce vel in scripto. vt amo est verbū. vel  
hodie est adverbū. In his ppōnib⁹ Amo et hodie. nō p se sed sibi  
sibi sibi supponit materialiter. vt ibi. amo deū. et hodie audiui missa  
sas. ¶ Tertiu⁹ est. qñ termin⁹ vocalis vel script⁹ stat p aliqua alia  
voce que nō est inferior ad ip̄m. vt de hoīe p̄dicat aīal. ibi iste ab-  
latinus hoīe supponit p suo recto. qui non est inferior ad ly hoīe  
Nō enī dicit hoīe est aīal: s; hō est aīal. Inde habet q̄ obliqu⁹ se-  
pe supponit p suo recto materialiter. ¶ Quart⁹ est. qñ termin⁹  
mētalis supponit p illo qd̄ sciat naturaliter cōiter. vt hō est concep-  
tus in aīa mea. intellige de conceptu illius termini hō. et non resig-  
nificata per ip̄m. et sic est sensus. iste termin⁹ hō est cōcept⁹ in aīa  
mea. ¶ Est etiā sciendū. q̄ non solū simplex dicitio supponit ma-  
terialiter. sed etiā tota oratio siue ppō. vt ois hō est aīal. est ppō  
vera. ibi hec tota orō. Ois hō est aīal supponit materialiter. Non  
obstāte eo q̄ qualibet eius ps in ea supponit significatiue. vt hō &  
aīal. ¶ Interdū etiā termini supponit materialiter: q̄zuis nūq̄z  
fuerint impositi ad significandū. vt Bu est vox. ba est vox. Et iste  
dicitōes bu ba possunt dici certo mō noīa in logica. capiēdo nomē



## Opusculum

largo modo et valde cōiter pro qualibet dictiōe que pōt esse subie  
ctuz ppōns. non curando an sit vox significatiua ad placitū vel  
non. Secus autē si nomen pprie caperet. qz tunc non sunt noia.

### Suppositio personalis est acce

ptio termini cōis substantiui p suis inferioribus. ut hō  
currit. ubi hō supponit psonaliter p suis inferiorib⁹. Et dicit pso  
nalis ideo. qz termin⁹ sic se supponens supponit p psona. i. p suo  
inferiori. Et p hoc excludit terminus singularis qui solus suppo  
nit discrete et non psonaliter. quia non habet inferiora p quibus  
supponere possit psonaliter. Et cognoscitur duab⁹ reghis. ¶ Pri  
ma. Quādocunqz subiectū cōe in aliqua ppōne supponit. et pres  
dicatur in eadem p pri⁹ cōuenit suppositis subiecti qz nature. tūc  
illud subiectū supponit psonaliter. Et hoc cōtingit quādo pdica  
ta sunt verba adiectiua. vel etiā nomina adiectiua significantia  
accidētia cōia cōtingēter inexistētia. Exm̄ primi. hō currit. Exm̄  
secundi. hō est albus. in utriqz homo supponit psonaliter. ¶ Se  
cūda. Quādo cūqz potest apte descendi disiunctiue vel copulatiue  
formaliter sub aliquo termino supponente. tunc talis terminus  
supponit psonaliter. quia tūc supponit p persona. i. suppositis  
ut infra patebit in speciebus suppōnis psonalis per exempla. Et  
diuiditur in determinatam et confusam.

### Suppositio determinata est ac

ceptio termini cōmunis p suis inferioribus disiunctiue  
Vel est acceptio termini cōmunis in ppōitiōe indefinite sumpti.



# Paruonimologicalium

vel cum signo particulari. **¶** Er̄m̄ p̄imi. homo currit. **¶** Exemplū secun-  
dū. quidā hō currit. **¶** Et d̄i. determinata. q̄i termin⁹ sic supponens  
suppōit p̄ vno determinato supposito disiunctiue. **¶** Et veritas vni⁹  
ppōnis singularis verificat totam ppōnem in qua termin⁹ sup-  
ponit determinate. **¶** Sicut ad veritatē istius hō currit. requiritur  
q̄ aliqua certa singularis sit vera et sufficit. etiāsi posito q̄ quel-  
bet alia esset falsa. frequēter t̄m̄ multe singulares s̄t̄ vere. **¶** Sub  
termino autē stante determinate debet descendi disiunctiue. vt hō  
currit. ibi hō supponit determinate ⁊ sic descendit. iste hō currit. vt  
iste hō currit. et sic de singulis. igit̄ hō currit. **¶** Et dantur regule.  
**¶** Prima. Termin⁹ cōmunis substantiu⁹ in p̄positione a parte  
subiecti positus quē non p̄cedit sint̄ categorēma confusiū suppo-  
nit determinate. vt hō currit. ibi homo supponit determinate.  
**¶** Secūda subiectū mere ppōnis particularis vbi indefinite affirma-  
tiue vel negatiue. vbi a pte predicati ponitur accidens cōmune rea-  
le supponit determinate. vt homo est albus. vel quidā homo la-  
borat. in his ppōnibus homo supponit determinate. **¶** Et dicitur  
mere indefinite. p̄pter illam vt consimilē Tantū homo est animal.  
vbi subiectum non supponit determinate sed simpliciter. **¶** Est etiā  
indefinita exclusiua/ cuius subiectum supponit simpliciter. Dicit̄  
etiā accidens cōmune p̄pter illaz hō est risibilis. vbi homo sup-  
ponit simpliciter. Dicit̄ reale p̄pter illaz hō est sp̄ties. vbi homo  
supponit simpliciter. **¶** Tertia. Terminus cōmunis qui ponitur  
post duo signa distributiua eandem v̄m̄ habentia et exercentia  
super eundē terminū in ppōne nō vniuersali supponit determinate  
vt vt nōnull⁹ hō currit. ibi hō supponit determinate. et eq̄ pollet hute



## Opusculum

Quidā hō currit. ubi hō etiā supponit determinate. ¶ Quarta: qñ a parte subiecti in ppōne mere indefinita vel particulari ponit completū ex adiectiuo et substātiu. tūc hoc totū supponit determinate. ut albus hō currit. ibi hoc totū albus hō supponit determinate. Idē pōt intelligi si ponit a pte p̄dicati. ut iōānes est albus hō. albus hō supponit determinate. Et debet hec regula intelligi de adiectiuis q̄ non sunt pura sintathegoremata. ut sunt signa vltia et particularia. ut ois. q̄libet. nullus. quidā. aliquis et similia. q̄ illa nō supponūt. etiā cū suis substātiuīs posita. ut ois hō est aial. ibi hō et aial supponūt. non autē ly ois. Materialiter tñ supponere possunt. Omnis hō est adiectiuū cū substātiu. ibi hoc totū omnis hō supponit materialiter. Pariformiter dicendo. Ois est sintathegorema. ly omnis supponit materialiter. ¶ Est preterea notandus circa p̄dicta. q̄ adiectiuū p̄fessionis se solo captū et a pte subiecti positū in ppōne mere in definita vel particulari supponit determinate. Exemplū. Iustus facit iusta opa. vel felix est quē faciūt aliena pericula cautū. Cuius ratio est. q̄ tale adiectiuū claudit in se certū substātiuū. ratio de cuius supponit. Est enī dicti exēpli sensus. Iustus hō. iusta iusta opa facit. ¶ Quinta Terminus nūeralis sequens signū exclusiuū gratia pluralitatis captū supponit determinate. ut Tantū quinqz sunt vltia. in hac ppōne quinqz supponit determinate. et vniuersalia simpliciter. Et sic descendit sub dictione quinqz. Tantū ista quinqz sunt vltia. et sic de singulis. igitur tantū quinqz sunt vltia. ¶ Sexta et pbabilis Est quando a pte subiecti ponitur disiunctus ex terminis singularibus: tunc hoc totū disiunctū supponit determinate. ut Socrates vel Plato currit



## Paruonimlogicalium

In hac ppōne sortes vel plato supponit determinate. et est ppo-  
sitiō indefinita. Et sic descendit hoc quod est sortes vel plato cur-  
rit vel hoc qd̄ est sortes vel plato currit sic de alijs igitur sortes vel  
plato currit Ob hoc dicunt quidam logici q̄ disiunctū ex termi-  
nis singularibus facit terminū cōmunē. Non aut̄ copulatū ex ter-  
minis singularibus. Dicendo em̄ sortes et plato currunt/ ibi tam  
sortes q̄z plato suppoit discrete. est em̄ ppositio singularis. Et sub-  
icitur quid vnum ratione copulationis.

### Yppositio cōfusa distributia

Est acceptio termi cōmunis mediāte signo distributi-  
no. ut Dis hō currit. ibi hō supponit confuse distributive. Et dicit̄  
suppō confusa. q̄ in ea om̄ia inferiora sunt siml̄ fusa et cōfusa/ q̄  
nō min⁹ p vno q̄z p alio inferiori oportet ppōez dīficari diuisim  
et seorsum. ¶ Et sub tali termino supponēte cōfuse distributīe des-  
bet descēdi coplate. ut dicēdo Dis hō currit/ hō supponit confuse  
distributīe. Et sic descendit̄ Iste hō currit et iste homo currit et sic  
de singlis igit̄ ois hō currit. ¶ Et dan̄ de ea huiusmodi regule.  
¶ Prima. Omne subiectū ppositiōis vniuersalis tam affirmatī-  
tīue q̄z negatīue supponit confuse distributīue. ut Omnis homo  
currit. nullus homo currit. In vtrīsque ppositiōibus homo sup-  
ponit confuse distributīue. ¶ Secūda. Signū vniuersale affirmatī-  
tīuū facit terminū cōmunē immediate se sequentem/ siue in recto  
siue in obliquo/ a pte subiecti et a pte predicati stare confuse distri-  
butīue. Exemplū de recto. Omnis homo est animal. De obliquo  
Cuiuslibet hominis aīuus est animal. ibi hominis supponit cō-  
fuse distributīue et animal simpliciter. Exemplū vbi a pte p̄dicati



## Opusculum

ut Omnis homo est omne animal. ibi animal supponit confuse distributive  
Et quod est oppositio affirmatiua in qua predicat universale vltter  
sumptū ideo est falsa. Et descendit sic sub hoc predicato animal. Omnis  
homo est hoc animal et omnis homo est hoc animal et sic de alijs igitur  
omnis homo est omne animal. ¶ Tertia. Ad distributionē recti sequi-  
tur distributio obliqua et non e contra. Exm pūmi. Quilibet asinus hois  
currit. ibi tamen asinus quod hois supponit confuse distributive. Exm sedi  
Cuiuslibet hois asinus currit. ibi solū hois supponit confuse distributive  
sed asinus supponit simpliciter ut supra patuit. ¶ Quarta quicquid negatio  
negatē tenta negat. confuse distributive negat. Cuius ratio est. quod ne-  
gatio est malignantis nature quicquid post se inuenit hoc totū destrui-  
t. i. negat et eius oppositū inducit. ut Nullus homo est asinus. ibi tamen homo  
quod asinus supponit confuse distributive. ¶ Scias circa hanc regulā quod  
negatio noialis negat solū totū quod sequit in vna propositione. categori-  
ca. Sed adverbialis nedū totū negat in eadem categorica verū etiā  
in hypotetica. ut Non homo est animal et lapis est lignū. in hac propositione  
hypotetica homo animal lapis et lignū supponunt confuse distributive  
¶ Quinta. Omnis terminus communis sequens immediate negationē  
infinite tentā supponit confuse distributive. ut Non homo currit  
ibi homo supponit confuse distributive. et valet illam Ens quod non est homo  
currit. Et sic descendit Ens quod non est hic homo currit et ens quod non  
est hic homo currit et sic de alijs igitur et cetera. Et dictus infinitas remotū ter-  
minū non distribuit ideo dicendo Non homo est animal. ibi ani-  
mal supponit simpliciter.  
¶ Sexta. Iste dictiones. sicut/magis/quod/ valde faciunt terminos  
communes se sequentes stare distributive. Exemplum pūmi



# Paruorumlogicalium

Homo est ita fortis sicut asinus. Exemplum secundū Homo est magis fortior asino. Exm̄ tertij Homo est fortior q̄z asin⁹. Exm̄ plū quarti Homo est valde fortis hoim̄ Et notz circa hāc regulā Qd̄ dicitio sicut distribuit mediāte positiuo vt patuit in exēplo adducto. non autē sine positiuo. et ideo in hac ppōne fortes videt sicut homo. li hō non supponit distributiue sed determinate.

¶ Septima. Comparatiuus et suplatiuus gradus casus cōdes sequētes se et a se rectos ratiōe cōparatiōis faciūt stare cōfuse distributiue. Exm̄ p̄mi hō est fortior asino. Exm̄ sc̄di Joannes est fortissimus hoim̄. in hīs ppōnibus asino et hoim̄ supponūt cōfuse distributiue Suplatiu⁹ etiam mediāte ppōne inter distribuit actiū Mediāte vero ppōne in ablatiū. Exm̄ p̄mi. Socrates est fortissim⁹ inter hoies. Exm̄ sc̄di Socrates est fortissim⁹ in hominibus.

¶ Octaua. Comparatiuus partitiue tentus facit ḡm̄ plurales que regit virtute p̄titionis stare cōfuse distributiue. Et p̄p̄o extra facit terminū cōmunē sc̄z actiū se sequentē stare cōfuse distributiue Exm̄ p̄mi. Socrates ē fortior hoim̄ Exm̄ sc̄di. Joānes stat extra collegiū. ibi collegiū stat confuse distributiue. ¶ Nota circa p̄dicta q̄ q̄n̄ debet descendi sub ḡo plurali recto a superlatiuo/ tūc debet in descendenti⁹ apponi ista particula de quorum numero est. Exm̄ plū. Joannes est fortissimus hoim̄ sic descenditur. Joannes est fortissimus istorum hominū de quorum numero est et Joannes est fortissimus istorum hoim̄ de quorum numero est et sic de singulis igitur Joannes est fortissimus hominū. ¶ Nona. Iste dictiones differt differens. diuersum distinguitur distinctus a um/ aliis alia aliud et consimiles dictiones distinctionē rerum



## Opusculum

importantes/faciunt terminos cōmunes supponentes se sequētes et a se rectos mediāte pōne a vl' ab stare cōfufe distributiue. Et dictō **Hōidē dtrū** gōem a se rectū distribuit. Exm̄ pūm̄ de differt **Hō** differt ab asino. ibi asino supponit cōfufe distributiue. Si autē **bi** **Hō** differt aia rōnali ab asino/ ibi aia et rōnali supponit determiniate. De diuersuz. Anial est diuersuz a lapide. De distinguit. **Hō** distinguit ab equo. In his exēplis asino/ apide/ equo supponit cōfufe distributiue. Exm̄ de nonidē **Hō** est nonidē asino. ibi asino supponit cōfufe distributiue. ¶ Decia. Illa duo vba incipit desinit faciūt li instans inclusuz stare confuse distributiue/ et terminū expresse positū supponentē simpliciter. Exemplū pūm̄. Homo incipit esse anial. Exm̄ scōi Homo desinit esse anial. in vtrisq; ppositiōnib<sup>9</sup> li instans inclusuz supponit cōfufe distributiue. Et est sensus pūm̄ pōnis Homo post omne instans incipit esse anial. Scōe homo post omne instans desinit esse anial. et sic instans virtualiter sequit signū vniuersale affirmatiuū inclusuz in his duobus verbis incipit et desinit. quare supponit cōfufe distributiue.

¶ Undecima. Signū vniuersale affirmatiuū neduz subiectū incomplexū immediate sequens distribuit/ verū etiam copulatus et disiunctum ex terminis cōmunibus. Exemplū pūm̄ Omnis homo et asinus sunt animal/ vbi tam homo q̄z asinus supponit cōfufe distributiue. Exemplum secundi Omne risibile vel rudibile est asinus. vbi tam risibile q̄z rudibile ad certum intellectum supponere possunt confuse distributiue.

¶ Duodecima. Signa exclusiua tenta gratia alicuius vt tantuz solū duntaxat cum eorū cōpositis tantūmodo solūmō faciūt pie



## Paruumlogicium

dicatur commune supponens stare confuse distributive. ut **Tantum**  
animal rationale est homo. ibi homo supponit confuse distributive.  
et subiectum scilicet animal rationale simpliciter. Et sic descendit tantum  
animal rationale est iste homo. et tantum animal rationale est iste ho-  
mo. et sic de singulis igitur tantum animal rationale est homo.

¶ **Tredecima.** Cuiuslibet propositionis velis reduplicative subiectum et p-  
dicatum supponit eodem modo sicut termini predicatis propositionis. Nam sicut  
terminus istius propositionis Omnis homo est animal supponit. ita pariter in  
hac reduplicativa. Omnis homo in quantum homo est animal. Terminus vero redupli-  
catus in dicta propositione veli ut est iste terminus homo sequens signum redupli-  
cative etiam supponit confuse distributive. Et hoc patet ex istis propo-  
sitionis exponendis. Secus autem est quando propositio reduplicativa non est velis as-  
firmativa. ¶ **Decimaquarta.** Illa verba careo/egreo/indigeo/nescio  
ignoro. Et ille dictiones sine/absque et consules confundunt terminos  
se sequentes et a se rectos confuse distributive. ut Careo nummis  
egreo pecunia. indigeo pane. nescio lectionem. ignoro grammatice. sum  
sine pecunia. sum absque vestitu. in quibus exemplis ablativi recti  
supponunt confuse distributive.

¶ **Decimaquinta.** Predicatum commune supponens in propositione par-  
ticulari et indefinita negativa supponit confuse distributive. ut  
Quidam homo non est asinus. vel homo non est asinus. in utrisque  
prepositionibus asinus supponit confuse distributive. Et scias  
circa istam regulam quod quando terminus supponit confuse distributive  
quem a parte subiecti precedit terminus supponens tunc in descendendis  
debet apponi dicitio idem. Et in. Homo non est asinus. sub asino  
sic descenditur. homo non est iste asinus. et idem homo non est iste



# Opusculum

asinus / et sic de singulis / igitur homo non est asinus.

¶ Decimasexta et generalis est ista. Quicquid mobilitat immobilitatū immobilitatū mobilitatū. vel quicquid facit terminū non prius distributū tenere distributivē / facit prius distributū teneri nō distributivē. Exm̄ dicēdo homo currit. ibi homo supponit determinate / addat signū nullus et dicat nullus homo currit / hoc signū nullus mobilitat nunc istū terminū / et stat in ista scda ppōne confuse distributivē. addat iterū negativū et dicatur nonnullus homo currit. ista negatio non mobilitat immobilitatū scz illū terminū hō / sic q̄ ampli⁹ non stat confuse distributivē sed determinate.

## Estat post predicta subiungere

aliquid de distributiōe in gñali. ¶ Est autē distributio multiplicatio termini cōmūis p̄ signū v̄le facta. vt Ois hō est animal ibi iste termin⁹ hō distribuit p̄ quolibet suo inferiori p̄ hoc signū ois et iste mō ibi est multiplicatio isti⁹ termini cōmūis hō p̄ omib⁹ suis singlarib⁹ et suppositis. ¶ Et sunt signa distributiva multiplica. Alia sunt distributiva substantiē. vt omis / quilibet / null⁹. Alia accidentiū. vt quilibet / quantūlibet. Et aliq̄ sunt que distribuūt p̄ partibus integralib⁹. vt tot⁹. Exm̄ Tot⁹ sortes est minor sorte. i. quilibet et pars integralis sortis est minor sorte. Alia distribuūt p̄ partibus subiectivis vt ois / quilibet. Aliq̄ sunt signa distributiva duorū. vt vterq̄ / neuter. vt dicendo Vterq̄ currit. Neuter istorū currit. Est p̄terea aliqua distributio aptitudinis. vt hic Omnis homo timet in mari. Alia est actualis qm̄ subiectū actualiter p̄ oib⁹ suppositis distribuitur. vt Omnis hō est animal. Item distributionū alia est propria / alia accommodata. Propria est qm̄ termin⁹ cōmūis p̄ oibus suppositis



## Paruonumlogicalium

distribuitur. ut homo in hac ppōe Dis hō est aīal. Accomoda est qñ terminus non adequate distribuit p oibus suppositis sed vnum excipit/ vt patet exemplis. Deus creauit omnia. Celum tegit omnia. In prima excipitur deus. In scda celū. Itē aliqua est distributio p singulis generū .i. pro singulis indiuiduis sub genere et specie cōtēntis. vt hic Omne aīal est substantia. Alia est p generibus singulorū .i. p speciebus sub genere contentis. Et isto mō probabiliter concedit ista. Omne animal fuit in archa Noe.

### Suppositōnū cōfusarū alia est

mobilis alia immobilis. ¶ Suppositio distributius mobilis est acceptio termini cōmūnis p oibus suis suppositis vel indiuiduis copulatiue. Et dicitur mobilis. qz sub termino sic supponente potest fieri descensus vniformis ad omnia eius singularia vt hic Dis homo est aīal. sub hoīe sic descenditur. Iste homo est aīal/ et iste hō est aīal et sic de alijs/ igitur oīs homo est animal. Et dicitur descensus vniformis vbi omnes descendētes sunt eius de z qualitatis affirmatiue vel negatiue. Descensus autē dicitur diffōrmis vbi omnes descendētes non sunt eiusdem qualitatis. vt patebit infra qñ descendit sub subiecto ppositionis vniuersalis exceptiue.

### Regle omisse de suppōe cōfusa distri

¶ Prima. In omni ppositiōe vti affirmatiua nō exceptiua subiectum cōmune suppōit cōfuse distributiue mobilr. vt omnis homo est aīal. ¶ Secda. In omni ppōe vti negatiua tā subiectū qz p̄dica tū supponēs supponit cōfuse distributiue mobilr. vt null⁹ homo est asinus. ibi tam hō qz asin⁹ suppōit cōfuse distributiue mobilr. ¶ Tertia. Omne sint a te gōre ma in e' u dēs orationē compositam



## Opusculum

ex sintategoremate et termino cōmūi confundit terminū cōm̄ eiusdem orōnis inclusuz cōfūse distributive mobiliter / et termin<sup>o</sup> communis exp̄sse sequēs supponēs stat simpliciter. ut Semp hō fuit. Ab eterno homo fuit. in vtrisque ppōibus hō supponit simpliciter sed li tpe inclusuz supponit cōfūse distributive mobiliter. Ista enī ppō Semp homo fuit valet istā omni tpe homo fuit. vbi tempē suppōit cōfūse distributive. Similiter ista. Ab eterno hō fuit. i. ab omni tpe hō fuit. ¶ Quarta. Omnis termin<sup>o</sup> omnis supponēs sequēs dictionē in se includentē negationē supponit cōfūse distributive mobiliter. Sūt autē huiusmōdi dictiones compatiū<sup>o</sup> suplatiū<sup>o</sup> differt / aliud et consimiles. Et ob hoc dicunt quidam probabiliter q̄ omnis distributio fit originaliter ratione negationis.

¶ Quinta. Quaecunq; dictio facit terminum se sequentē stare confuse distributive illa est sintategorema v̄l includēs sintategorema affirmatiuum vel negatiuum. Exempluz p̄imi. Omnis homo est animal. Exm̄ secūdi. Semp homo fuit. li semper claudit in se hoc signū omni. Exm̄ tertij. Homo differt ab asino. li differt includit negationem. ut patet in exponentibus predicte propositionis.

¶ Sexta Omnis termin<sup>o</sup> cōmūis supponens confuse distributive mobiliter in ppōe vbi a pte p̄dicati ponit p̄dicatū accidentale reale pōt habere suppositionē determinatā p̄ appōez vel remotionē signū. ut dicendo omnis hō est albus. apponendo negationē hō supponit determinate dicendo non omnis hō est albus. Remouēdo signū ois etiam suppōit determinate. dicendo hō est alb<sup>o</sup>

¶ Septima. Negatio negans siue fuerit neganter siue infinite<sup>r</sup> tenta / negat solum post se et non ante se. ut homo non est



# Paruorum logicalium

asinus. hoc verū in latino ydeomate. Secus forte in greco et vulgari nostro. vbi negatio etiam negat ante se et interdū magis apertēq; Post se. Ex hoc patet q; negatiōes sūm diuersa ydeomata habent diuersum modum negandi ante vel post se.

**¶** Octava. Signum omnis distributiue tentū tam in singulari q̄z in plurali facit terminū cōmunē se sequentem stare distributiue. In singulari. vt Omnis homo est animal. In plurali. vt omnes homines natura scire desiderāt. in vtriusq; ppositiōib; subiecta supponunt confuse distributiue. Aliam autē vim habet signū omnes collectiue tentū. vt Omnes partes orōis sunt octo. ibi partes orōis nis supponit simpliciter vt supra patuit.

**¶** Nonā. Determinatio et suum determinabile habent eandē speciem suppositiōis. vt rectus et obliquus/ adiectiū cum suo substantiuo immediate positū. Et in p̄mi. Ois asinus currit. ibi tam asinus q̄z hois supponit cōfuse distributiue. Et in sc̄di. Ois hō albus currit. ibi hō albus supponit cōfuse distributiue. Et sic descenditur. Iste homo albus currit. et iste hō albus currit et sic de singulis igitur ois hō albus currit. Ex his inferē q; determinatio et suū determinabile sepe p vno reputant in materia supponis vt patuit in multis reglis p̄habitis. Et ob id etiā sū et vnico cōtextu descendit debet sub determinatiōe et determinabili/ et non seorsum sub determinatione. alias sequeretur incōueniens vt patet recte practicanti.

## Propositio confusa immobilis

vt plerūq; placet. Est q̄n terminus cōmunis supponit pro suis suppositis non t̄n potest fieri descensus ad illa supposita. Et hoc modo supponit predicatū cōmunē ppositiōis vni-



## Opusculum

versalis affirmatiue. Et hii dicunt q non est inconueniens in eadem  
ppone vnū et eundē terim supponere simpliciter et confuse imo-  
biliter sūm diuersa. Sūt et alij dicētes q in ppōe exceptiua tā sub-  
iectū principale qz ps extra capta cōis supponit cōfufe distributi-  
ue immobiliter q: nō pōt descēdi sub eis. Et sic immobiliter suppone-  
re ē suppdere nō descensiuē. vt Omne aial pter hoēm ē irrōnale. ibi  
s. n eos aial et hō supponūt cōfufe distributiue immobiliter/ et nō de-  
scendit Item dicūt quidā q qñ signū vke ois tentū collectiue addit  
termino cōmuni supponēt/ tūc talis supponit cōfufe immobiliter  
vt Omnes apli dei sunt duodecim. ibi apostoli dei supponit sūm  
eos confuse immobiliter. Non em̄ sequitur Omnes apostoli dei  
sunt duodecim/ ergo Petrus est duodecim. Sed designat q Pe-  
trus et Johannes cum ceteris simul sumptis sunt duodecim. Et  
si: varietas scribentū facit naturam suppositionis terminorū in  
ppōnibus exceptiuis difficilem. Regule autē superius posite dicūt  
q aial in hac ppōne Omnis homo est aial supponit simplici-  
ter. Similiter apostoli dei in hac ppositione. Omnes apostoli dei  
sunt duodecim supponit simpliciter. Et hoc tanqz cōmune est te-  
nendū. Alij vero vt moderni quidam logici asserunt q Suppo-  
sitis confusa distributiua immobilis est acceptio termini cōmuni-  
s stantis pro pluribus suppositis/ non tamen omnibus copu-  
lative. Sub quo contingit descendere difformiter/ hoc est per pro-  
positiones singulares diuersarum qualitatum. Et sic secundum  
eos dicitur immobilis non ideo q sub tali termino sic supponēte  
nullo modo possit descēdi / sed non contingit descendere nulla  
variatione facta per ppositionem singularem loco termini cō-



## Paruonimologicalium

munis et signi. Nam non sequitur Omnis homo preter sortem  
currit ergo ille homo preter sortem currit et ille homo preter sortem  
currit &c. quia descendentes sunt in proprie. et sic non potest descen  
di uniformiter. Difformiter autem bene ut per propositiones singulares  
non eiusdem qualitatis. i. ad unam negatiue et ad omnes alias affir  
mative. vel ad unam affirmatiue et ad omnes alias negatiue. ve  
postea clarebit per exempla. Est ergo suppositio confusa immo  
bilis sic dicta quasi non mobilis/ sed vno modo. quia non vno mo  
do descenditur sed diuersimode. i. difformiter.

### Et datur de ea unica regula et talis

¶ Omne subiectum commune propositionis vniuersalis exceptiue affir  
mative supponit confuse distributiue immobiliter/ predicatum co  
mune simpliciter. ut Omnis homo preter sortem est animal. vbi ho  
mo supponit confuse distributiue immobiliter. Et sub eo sic descen  
ditur difformiter Sortes non est animal et iste homo alius a sorte  
est animal et iste homo alius a sorte est animal/ et sic de singulis/ igitur  
omnis homo preter sortem est animal.

**Nota circa predicta quod quando pro**  
positio exceptiua est vniuersalis affirmatiua tunc prima descenden  
tium debet esse negatiua / et omnes alie affirmatiue. ut in exemplo  
prior dicto. Si autem est negatiua/ tunc prima descendentium et affir  
matiua et omnes alie negatiue. ut Nullus homo preter sortem cur  
rit. igitur sortes currit/ et iste homo alius a sorte non currit/ et iste  
homo alius a sorte non currit/ et sic de singulis/ igitur nullus ho  
mo preter sortem currit.



# Opusculum

## Sequuntur regule de signis in p<sup>o</sup>ne

• se mutuo impediētib<sup>us</sup>.

¶ Prima. Interdū duo signa mutuo se impediūt in p<sup>o</sup>positione aliqua/et vnum tollit virtutē alterius et neuter terminū distribu-  
tur. vt Nonnullus homo est animal. vbi nec homo nec animal suppo-  
nit confuse distributive. homo em̄ supponit determinate. animal sim-  
pliciter. ¶ Secunda. Quando duo signa mutuo se impediunt in p<sup>o</sup>-  
positione particulari indefinita vel singulari/ tunc terminus super  
quo se impediunt supponit determinate. vt Quidam homo non  
differt ab asino. ibi asino supponit determinate.

¶ Tertia. Quā duo signa mutuo se impediunt in p<sup>o</sup>ne vlt. i. res-  
pectu termini prius distributi/ tunc p<sup>o</sup>dicatū cōmune supponens  
sup quo duo signa se impediunt supponit simpliciter. vt nullus homo  
non est animal. ibi animal supponit simpliciter. valet em̄ illam per  
equipollentiam ois homo est animal. vbi animal etiam supponit sim-  
pliciter. ¶ Quarta. Quācumq<sup>ue</sup> cōcurrūt duo signa in eadē p<sup>o</sup>ne  
categorica cadentia sup eundem terminū quoruū vnū habet virtu-  
tem distribuendi aliud p<sup>o</sup>mittit terminū sequentē stare simpliciter  
tunc distributio vincit. i. signū distributiuū vincit aliud signū qd  
permittit terminū sequentem stare simpliciter. Et nō bis bibi vinū  
ibi vinū supponit simpliciter per prius dicta. Si autē dicitur. Nō  
bis bibi vinū. ibi vinū supponit confuse distributive ratione istius  
